



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

An pro peccatoribus, parag. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

## §. VI.

*An Missa applicari possit pro Peccatoribus.*

1 **S**icuti communis, & certa doctrina est, absolute Missam offici non posse pro peccatoribus damnatis, quia hi sunt in termino, sic posse pro viatoribus; ijs enim Missa quoad aliquem fructum, b prodest, hoc est, solum quoad Impetrationem: ut nimis Deus eorum misereatur, eosque convertat. Quoad satisfactionem enim, ut etiam quoad meritum, eosdem iuvare nequaquam valer, siquidem, durante statu peccati mortalis, nec u'la pena remittitur, nec meritum ullum haberi potest.

2 Verum an Satisfactionis fructus, qui impeditur ex peccati sta-

§. 2

ru,

a Suarez disp. de Sacr. 79 sect. 10. §.

z requiriur. b Delugo de Euch. d. 19. sec. 10 r. 194.

346 LIBER I<sup>r</sup>  
tu, conferatur postea , quando au-  
feratur peccatum, dubitari solet ; si  
hilominus contra Navarrum &  
Marchinum b conferri , commu-  
nior Theologorum sententia re-  
soluit, id quod fusè persequi ad nos  
non spectat.

§. VII.

*An pro vivis applicari possit Missa de  
Defunctu.*

**I**N aliquibus locis usus incre-  
buit , ut fideles, ne defraudea-  
tur Missis post mortem, carent, dum  
vivunt, ut ex pro ipsis dicantur, &  
quidem ritu dici solito, pro Defun-  
ctis. Mos profecto nullo modo  
(quid-

a Navarr cap. 19. de orar. num. 79.  
b March de ord. tr. 3. p. 2 . c. 11. nu. 2.  
c Suarez Vasq. aliquique apud Deluge  
de Sacr. disp. 19. de Ench. sect. 10. num.  
193. Hurt. de Sacr. d. 3. diff. 12. sub finem.